



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt V. De situ & dispositione rerum in loco.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

I. Cor. 2.

adspicit, literas non cognoscit: ita stultus & animalis homo, qui non percipit ea, que Dei sunt, in visibilibus istis creaturis fortis videt speciem, sed intus non intelligit rationem. Qui autem spirituialis est, & omnia dijudicare potest, in eo quidē quod fortis considerat pulchritudinem operis, intus cōcipit quam miranda sit sapientia Creatoris. Et ideo nemo est cui opera DEI mirabilia non sint, dum insipiens in eis solam miratur speciem, sapiens autem per id quod fortis videt, profundam rimaū divinæ sapientie cogitationem, velut si in una academiæ scriptura alter colorē formationem figurarum commendet, alter verò laudet sonum & significationem.

Bonum ergo est, assidue contemplari & admirari opera divina, sed ei qui rerum corporalium pulchritudinem in uestu novit vetere spiritualem. Nam & ideo Scriptura tantopere nos ad desideranda mirabilia DEI excitat, ut per ea quæ fortis credimus, intus ad agnitionem veritatis veniamus. Vnde Psalmista pro magno aliquo se jam & hoc fecisse commemorat, & adhuc facturum

Pſ. 142. promittit dicens: Memor fui dierum antiquorum.

Mediabor in omnibus operibus tuis, & in aduentiis tuis exercebor. Hinc est enim quod quibusdam ignorantibus Creatorem suum, & colum Deo debitum idolis exhibentibus in Isaia dicuntur:

Isaie 40, cap. 2. Quis mensus est pagillo aquas, & calos palmo pondereavit?

Quis appendit tribus digitis molam terre, & libravit in ponde re montes, & colles in stacerat? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sicut locusta. Qui extendit velut nihilum celum, & expandit eos sicut tabernaculum. Et Psalmista iterum in quodam loco, cum argueret idolorum cultores, ait: Omnes dignitatem deuotam, Dominus autem celos fecit. Quid est ergo, puratus, quod in assertione vestre Divinitatis opera DEI ita in medium deducuntur, & dicitur, Dominus autem celos fecit; nisi quia creatura recte considerata, homini Creatorem suum ostendat?

Consideremus & nos quāta sint mirabilia DEI, & per pulchritudinem rerum conditarum, quæramus pulchrum illud pulchrorum omnium pulcherrimum, quod tam mirabile & ineffabile est, ut ad ipsum omnis pulchritudo transitoria, esti vera sit, comparabilis esse non possit. Et quia superiorius omnem pulchritudinem visibilium in quatuor constare diximus, nunc ordine per singula currentes, qualiter ex ipsis invisibilis DEI sapientia clarescat, videamus. Scio quidem quod minus erit quidquid dixerimus, sed amen dicens non est, ut ideo omnino riteam, sibi præcipue, ubi si fieri posset, maximè deceter loqui debetur.

Quatuor diximus, sicut, motum, speciem, & qualitatem. Primum ergo primi discutiamus. Situs est in compositione & ordine, id est, in compositione & dispositione Compositio duo habere debet, aptitudinem, & firmitatem; hoc est, ut componenda apræ & competenter coeant, & complicita firmiter cohærent. Laudabilis est compositionis talis. Aptitudo consideratur in quantitate & qualitate. In quantitate, ne nimis tenuia & exilia grossis & corpulentis in qualitate, ne nimis humida fiscis, nimis calida frigidis, nimis levia ponderosis, & si quia sunt talia, inordinatae conjungantur. Vide si pulchritudini divinorum operum aliquid horum desit; & si nihil deesse videris, jam a liquid habes unde, etiam in hac parte miseris.

Et primum quidem si universitatis hujus machinam invenis, inuenies quām mirabilatione & sapientia compositione rerum omnium perfecta sit, quām apra, quām congrua, quām

decora, quām cunctis partibus suis ab solita, in qua non solum concordiam servant similia, sed etiam quæ creante potentia diversa atque repugnantia ad eis prodierunt, distante sapientia in unum quodammodo amicitiam & federacionem convenient. Quid repugnatius esse po sit aqua & ignis quæ in unum naturam ita DEI contemplaverit prudentia, ut non solam ad invicem commune societas vinculum non dissiperet, verum etiam naescientis cunctis, ut subsistere possint, vitale nutritiendum subministrarent. Quid de humani corporis compage loquitur, ubi omnium membrorum juncture tantam ad invicem servant concordiam, ut nullum omnino possit inveneri membrum, cuius officium alteri non videatur praestare adminiculum? Sic omnis natura se diligit, & miro quodam modo plurimis distinctum & in unum redactorum concordia unam in omnibus harmoniam facit. Aperte ergo & conveniens rerum omnium compositi.

Sed quomodo est firma? Quis non videat quis non miretur? Ecce cæli, quæ tamen sicut concludunt omnia, quomodo solidi sunt, & quæcetera fusiles desuper circumquaque oponuntur. Terra vero in medio suo pondere librata, tempore immobili perseverat, ut cetera in medio fluctuantia, hinc soliditas cælorum, illinc terra stabilitas in unum coartent & constringant, necuta legitimis terminis diffusa concordiam universitatis diluntant. Ecce quomodo per vilcas & telluras tracones intrinsecus aquarum sparsi, & fons per alveos suos in diversa deducuntur, intus farcentem ne dissolvatur conglomerant, & foris nefaticas arrentem rigant. Ecce quomodo in humani corporis fabricka juncturas ossium vincula nervorum ligant, & medullis intus per fistulas tibiarum diffusis, canales etiam vitalem venarum sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde tenebrionem carnium curis regem involvit; ut & non ossium intrinsecus corpus sustineat, & pellis manumen foris defendendo custodiat. Quis duratiam lapidum, quis soliditatem metallorum, quis nodositatem robotum, quis tenacitatem glomerum, quis cetera innumera bilia numerare possit? Ex quo claret, quām sint firma res uincula, cum singula quæcetera condita tanto nisu naturam & esse suum defendant, simul verò omnia à concordia societatis sue dissolvi omnino non queant.

C A P V T . V.

De situ & dispositione rerum in loco.

POST compositionem sequitur ut de dispositione rerum, qualis sit, consideremus. Neque enim minima fiet admiratio, si quis diligenter attendat, quod sic singulis locis, singulis temporibus, singulis rebus, divina providentia causa sua distribuit, ut in nullo penitus ordo rerum periret. Ecce calum sursum est, & terra deorum. In celo stellas & luminaria collocavit, in subjecta omnia illustrarent. In ære ventis & nobis viam fecit, ut agitationibus suis disperse, pluvias deorum funderent. In gremium telluris moles aquarum recipi justit, ut per gurgites suos hoc illicet, quod nutrit ferret pubentes, discuterent. Volucres in ære suspendit, pisces aquis immergit, terram bestiis & serpentibus, & aliorum reptilium vermiumque generibus replevit. Quasdam regiones ditavit ubertate frangum, quasdam opulen-

us sibi abulet, in
ervant similia, sed
diversa siq[ue] repre-
sentant sapientiam & con-
scientiam & operam
ipsius esse pro eis agen-
tia. Deinde a Dei con-
silio ad iurum
non disponit, sed
et, ut subtiliter pol-
luit, non obser-
vandum.

tia vinearum, alias fertilitate olerum, alias fecun-
ditate pecorum, alias potentibus herbis, alias
gemmis pretiosis, alias animalibus & bestiis mon-
strosis, alias coloribus variis, alias diversatum
artium studiis, alias metallorum, alias thymiamatu-
rum diversis generibus: ut nulla protius regio sit,
que non aliquid præ ceteris novum & speciale
possidet; nulla item, que non aliquid novum &
speciale ab aliis accipere queat.

Quid quod etiam ea, quæ humanis usibus ne-
cessaria sunt, in communis hominum frequentia,
ipsa Creatoris providentia constituit; ea vero quæ
non natura propter necessitatem, sed cupiditas ex-
petit propter speciem, in abditis terrarum fini-
bus abscondit: ut quem amor virtutis ab immo-
derato appetitu non castigat, falem laboris tæ-
dio vietus conquiescat.

CAPUT VI.

De dispositione temporum.

HEC de dispositione locorum diximus; **II**
de dispositione temporum dicemus: Quis
satis admirari potest, quā mita ratione provi-
dentia divina cursus temporum distinxit? Ecce
post noctem venit dies, ut torpentes in otio labor
exerceat: post diem sequitur nox, ut fessos ad re-
focillandum quiesciat. Non semper dies, non
semper nox, non semper æqualis dies & nox; ne-
vel immoderata labor debilitatis frangat, vel
quies continua naturam inficiat, vel identitas
perpetua animo rædium gignat. Item, quemad-
modum vicissitudi dierum ac noctium animan-
tia removat, ita quatuor tempora anni ordine sibi
succedentia, totius mundi speciem immutant.

Primum per tempore veris quadam innovatio-
ne mundus nascitur, deinde per fervorem aëris
quasi in juvenitatem robotatur, post huc superve-
niente autumno ad matutitatem concidit, po-
strem succedente hieme ad defactum vergit, Id-
circo autem semper deficit, ut semper post defec-
tum renovari possit: quia nisi prius à statu suo
desicerent vetera, quasi illis locum occupantibus
non valerent exurgere nova. Hoc quoque satis
mirabile in hac dispositione cernitur, quod ipsa
tempora ita immutabili lege sue mutabilitatis vi-
ces custodiunt, ut nec aliquando ab explendo mi-
nisterio suo deficiant, neque secundū currentia ordi-
nem prime institutionis confundant.

CAPUT VII.

De ordine, qui in unaquaque re consideratur ex dispositione partium.

HEC de dispositione temporum exempli cat-
ha dicta sufficiunt, nunc illum ordinem pro-
sequamur, qui in unaquaque te consideratur se-
cundū congruam dispositionem partium. Hic
vero intrinsecus est, scilicet secundū locum & tempus,
extrinsecus sunt. Et hic quoque non mi-
nius miranda est sapientiae efficacia, quæ ita con-
gruē in universitate singula distribuit, ut nusquam
omnino junctura partium generet repugnantiam
qualitatum.

Ecce, ut exempli causa de multis panca ponam,
mū, in compositione humani corporis quanta
elucet sapientia Creatoris? Sursum est homo uni-
formis, deorsum bifariam divisus; quæ & uni-
forme est principale mentis, id est ratio, quæ in-

visibilia respicit: & ut gemina est animæ qualitas, sitione
ita & concupiscentia, quæ deorsum ad terrena de-
scendit. Item brachis in latum extreditur, tibiis
deorsum figitur statura humani corporis; quia &
intensio operationis animum extendit, & affe-
ctus desideriorum figit. Item secundū laitu-
ris?

dinem hinc inde per digitos pedum in quinque
finitus humani corporis protensio; quia five in la-
tum tendatur animus per intentionem operis, five
deorum figuratur per desiderium affectionis, quin-
que lens sunt per quos foris exit. Item digitū ter-
nis articulorum intervallis distinguuntur, qui de
una palma in manibus, de una planta in pedibus
prodeunt; quia de una sensualitate quinque sensi-
bus exunt, in quibus prima distinctione primū
sensus, deinde tentare, postmodum sensibile inven-
nuntur.

Postremū in singulis digitis extremorum atti-
culorum capita superpositis unguibus, quasi ga-
leata cernuntur, ut quoque sine manus ex-
tentis, seu pes promotus offendiculum invenerit,
ipso suo munimine protecti, illæsi permanere pos-
sunt. Similiter terrena illa ad similitudinem un-
guium foris sensibus inherentia, quasi in necessi-
tates muniti, sed quantum non pertinent ad
necessitatem, quasi extra carnem sine sensu præ-
cidi possunt. Ecce in humara facie quā ratio-
nabilis distinctione instrumenta sensuum collocata
sunt. Supremum locum obtinet visus in oculis, deinde auditus in auribus, post hunc in naribus olfactus, atque post hunc in ore gustus. Sci-
mus autem, quod reliqui omnes sensus foris intrō-
veniunt, solus visus intus foras exit, & eminus po-
sita mira præ ceteris agilitate percipit. Benè ergo
quasi speculator eminentiorem cunctis locum
obtinuit, ut quæ ceteris sensibus superventura
sunt, ante periculum prævidere possit. Post hunc
auditus & loco & nobilitate secundus est. Deinde
olfactus. Gustus autem, qui nihil sentire potest nisi
id quod tangit, merito tardior ceteris sensibus in imo refedit. Tactus speciale sedem non ha-
ber, qui ideò universalis est, quia cunctis coope-
rat sensibus. Vnde & in digiti pollex, quita-
tum significare, coadunaris in unum digiti solus
omnibus respondet; quia sicut tactu nullus sensu-
us esse potest.

Vide etiam quomodo in humano corpore of-
fa intrinsecus collocata sunt, quatenus robur eo-
rum corpus sustinet; deinde caro ossa vestit, ut
duritia eorum mollier tactum excipiat. Ad ultimum
pellis carnem induit, ut sua quodammodo
tenacitate ab incommodis foris accidentib[us] cor-
pus maniat. Attende, quomodo illud quod mol-
le est & infirmum, in medio, quasi in loco tutiore
ponitur; ne vel intrinsecus fulcimento carens co-
cidat, vel extrinsecus munimentum non habens
fatiscar. Quod autem in uno exemplificatum est,
in cunctis generibus rerum inveniri potest. Sic en-
im cortex munis arborum, sic penes & rostra
volucres, sic squamæ pisces; rebulque singulis
secundū comprehendit nature suæ, providentia
Creatoris monumenta instituit. Hucusque de
situ loci sumus, nunc ad motum transeamus.

CAPUT VIII.

De omnifario rerum motu.

MOTVS est quadrifarius; localis, naturalis,
animalis, rationalis: de quibus quia per fin-
gula

Inhu-
ni corpo-
rit dispo-